

V C  
2915





23, 30 Qh. 23 (30) I, 279  
ILLVSTRISSIMI

Vc  
2915

ET GENEROSISSIMIS PPR. AC  
DDN. DOMINO AVGVSTO, DVCI SAXONIAE  
ELECTORI, sacri Romani Imperij Archimarschallo,  
Landgrauio Thuringiae, Marchioni Misniae,  
Burggrauio Magdeburgensi, &c.  
iterum Sponso:

ET DOMINAE AGNETI HED-  
VVIGAE, PRINCIPI ANHALDINAE, COMITI  
*Ascaniae, Dominae Seruestae ac Bernburgi, &c.*  
*Virginei & illibati pudoris Sponsae*  
*inclytæ,*

PRINCIPIBUS ATQVE DOMINIS  
suis clementissimis: NVPTIAS celebrantibus  
*Dessauiae, III. Nonas Ianuarij, Anno*  
M. D. LXXXVI.

PIA ANIMI SVBIECTIONE GRATVLATVR  
VVOLFGANGVS AMLINGVS, MV-  
nerstadius Francus, Ecclesiae Seruestanae minister.



SERVESTAE,  
*Excudebat Bonaventura Faber. 1586.*



ILLVSTRISSIMIS  
ET GENEROSISSIMIS PRINCIPIBUS  
D. N. DOMINO AVGVSTO V. C. SACRORVM  
ELECTORI, SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARII,  
Landgravi Thuringiae, & Saxoniae  
Burggravi Mogelburgae, &c.  
in firmo speculo

ET DOMINAE MAGNETI HER-  
VICAE PRINCIPIS ANABADIN, COMITIS  
Assaniae, Dominae Zupfessae de Bernburgi, &c.  
Virginei & illustri pudoris sponsae  
in christo

PRINCIPIBVS ATQVE DOMINIS  
suis clementissimis: VERTIAS celebranda  
D. N. DOMINI III. NOV. JANUARIJ, ANNO  
M. D. LXXVI.



Exenchebat Bonnauer...  
1786



# ΕΥΦΗΜΙΑ ΓΑΜΙΚΗ.

**A** Scanijs rursus claro lux aethere surgit,  
Vota iubens summo grata referre Deo:  
Dū sacra grata Deo facit ILLUSTRISSIMVS  
ASCANIS ingreditur cuius AMATA torum. (HEROS,  
O tenui tanta mihi sint in carmine vires,  
Quantas & pietas exigit, atq; fides.  
Ter calamus arripui, ter me (nam vera fatebor)  
Repressit vena conscia culpa mea.  
Inuitat pietas, Maiestas impedit: urget  
Officiosa fides, Musa retardat inops.  
Nec sine Musarum TALEM dimittere DIVAM  
Gratantum plausu par erat, atq; prece.  
Nil satis ornatè non dictum est, quicquid honestè,  
Quicquid sincerè dicitur, atq; piè.  
Præualeat pietas: parit obsequiosa voluntas  
Conanti veniam: frangit honesta pavor.  
Aspiret cœptis sacri spiraminis aura,  
Vt mea sint PATRIÆ carmina grata PATRI.  
**H** Aud tamè, haud in eū mihi fas descendere campū.  
Vt SPONSI aggrediar condere gesta DVCIS.  
Diuitis ingenij est, HEROIS condere gesta,  
Atq; DVCIS tanti commemorare decus.  
A 2 Ergo

Ergo tuas alij DVX illustrissime cantent:  
Nos SPONSÆ dotes non siluisse iuuet.  
Nō siluisse iuuet: nec enim comprehendere versu,  
Vel numero cunctas nostra THALIA queat.  
EGregium decus est, generosa excellere forma:  
Dotibus ingenij gratia maior inest.  
Si tamen ex forma diuina gratia mentis  
Emicat, hanc meritò dixeris esse Deam.  
Qualis erat generis nostri pulcerrima MATER:  
Formæ tale refert HEDVIGIS HAGNA decus.  
Aspice quàm blanda vultum grauitate serenet,  
Quàm tener aureolo fulgeat ore pudor.  
Frons patet, & nō est deformibus obsita rugis:  
Splendescit facies Iaspide pura magis.  
Hæc oculorum optet sibi lumina mater amoris,  
Has Aurora suis præferat ipsa manus.  
Hinc turba Aonidū ceston petat alma sororum:  
Penelopen superat, teq; Ariadna genis.  
CORporis hoc decus est, sed dotibus auctior est mens,  
Cui veræ cordi sunt pietatis opes.  
Ergo bonis haud fortuna generosa superbit,  
Sed casta gestit mente placere DEO.  
Vix Domini inuenias pectus metuentius illa:  
Cum primo didicit lacte timere Deum.

Vt q̄

Utq<sub>3</sub> pudicitiam PIETAS colit, atq<sub>3</sub> vicissim  
 Disiunctus non est à pietate PVDOR:  
 Sic DOMINA hæc iungit cum religione pudorem:  
 Cuius, ut in templo, pectore Christus adest.  
 Omen habet nomen: nec enim titulo tenus AGNES,  
 Sed vera est HAGNE laude pudicitia.  
 Possidet has, quas non sibi vendicat altera, dotes:  
 Quid si iam referam vel proavos, vel avos?  
 Sed quis Anhaltini præclaros sanguinis ortus  
 Ignoret? paucis quis memorare queat?  
 Magnanimū taceo ALBERTVM, fidūq<sub>3</sub> RODOLPHVM:  
 Bernhardos, Vrsos, Ensiferosq<sub>3</sub> Duces.  
 Quem VVolffgange tibi, tibi quæ Reuerende GEORGI,  
 Vel dicam zelo, vel pietate parora?  
 Imperij capiti profusus horum obtulit alter,  
 Alter idem explicuit Symbolon ore gregi.  
 Non horum tamen est ulli virtute secundus,  
 Quo gaudet Domino patria, Sponsa patre.  
 Non ego, si sit opus, memori quæ corde recondo,  
 Zeli signa pij pauca referre queam.  
 Teq<sub>3</sub>, tuamq<sub>3</sub> domum, Pater ò patria, velit illam,  
 Quam profiteri, Deus semper habere fidem.  
 Singula, quæ memoro, duplicant encomia Sponsæ:  
 Matris at eximium iam superaddo decus.

Feminei decor, atq; illustris gloria floris  
Est genitrix: genium filia matris habet.  
Salve digna tuis maioribus inclyta NYMPHA;  
Ascania salve lumen, honosq; domus.  
O fortunatos patriæ tam matre benigna,  
Myse, tuos populos, Saxo beate, tuos.  
Sorte beate tua salve Illustrissime Sponse,  
Cui tali coniunx ducitur ingenio.  
Induit à tenera præclaros virgine mores:  
Rara quidem forma est, rarior ipse pudor.  
Sic REGI superum visum est, ut duceret HEROS  
Se dignam tanto Principe, quantus erat.  
Dignus es hac NYMPHA, quæ mentis ut indole claret:  
Sic tua maiestas undiq; in orbe patet.  
Nympha preces miscet, patrijs ut semper in oris  
Religio, pietas floreat, atq; fides.  
Tu pietatis amans, iusti servator & equi,  
Sincerum Christi SPONSE tuere gregem.  
Nec SPONSÆ mihi fas encomia stirpis avitæ:  
Nec stirpis laudes SPONSE referre tua.  
Illa placere suo CHRISTO cupit, atq; marito:  
O curæ tibi sint templa, Lycea, Scholæ.  
O decus imperij, Christi defende Sareptam:  
Æternum pariet quæ tibi cura decus.

Reijcit



Reijcit asperitas, audit clementia pressos:  
 Respicit oppressos summus ab arce DEVS  
 Sit tibi, ut est cordi, fidei pax: optima rerum est,  
 Quæ coit absq; ullo, paxq; fidesq; dolo.  
 Vndiq; vester amor sic congruet: aſt ego summo  
 Debita quid cesso soluere vota Patri?  
 O generis nostri, Pater optime maxime, custos:  
 Quem nec sensa jmi pectoris vlla latent.  
 O veri fons, lux sine origine, lucis origo:  
 Qui certis Solem legibus ire iubes.  
 Vt tibi non placuit, VERBO spirante VIGOREM,  
 Ordine confuso cuncta creare simul:  
 Sed certa numeras serie, quæ possidet orbis;  
 Scilicet ut maior luceat inde decor:  
 Sic patet, in nostrum varij documenta favoris  
 Expressisse genus teq; tuumq; λόγον.  
 Non sine consilio de gleba fingis Adamum,  
 Mundus ut immenso regnet in orbe minor.  
 Omnibus is iussus sapienter nomina rebus  
 Indidit: ò quantum luminis illud erat.  
 Maior at hinc lucet sapientia, visq; favorq;  
 Quòd vitæ renuis calibe velle coli.  
 Nec renuis saltem, sed natum consulis, unde  
 Sit consors vitæ nupta creanda viro.

Obdormiscit homo: costam eximis, atq; resarcis  
Carne latus: SPONSI costa fit uxor Adæ.  
Tuq; Sacerdotis λόγῃ munere fungeris, atque  
Perpetua iunctos crescere lege iubes.  
Constat & arcano fatorum numine iungi,  
Quotquot iunguntur lege pudicitia.  
Numen inest sorti thalami: connubia fatis  
Junguntur Christo consociante pios.  
Hæc secum reputans, & fida mente reponens,  
Quis curare suum te neget Alme genus?  
Immo si libeat perpendere Dæmonis iras,  
Quas vomit in casti fœdera castatori:  
Certum est, AVCTORIS nisi cura hæc fœdera seruet,  
Ipse nisi præsto sit, ruitura statim.  
Ergo tibi palmas ad Olympi templa leuamus:  
Et grates canimus, iungimus atq; preces.  
Est thalamus (si parua licet componere magnis)  
Est Ecclesiæ dulcis imago tuæ.  
Longa quidem exempli ratio, sed mystica tota est:  
Electos sponsa tu vice Chryste foues.  
Costa fidem sponso supplex promittit ad aram:  
Te quoq; supplicibus copulat alma fides.  
Est sponso nectens arctissima copula sponsam:  
Arctior est, nectens viscera nostra DEO.  
O quan-

O quantum est, massam tecum coalescere in unam,  
Qui de carne mea factus es ipse caro.  
Mansisti quod eras, nec eras quod factus es: at nunc  
(O mirum fœdus) qui Deus, idem & homo es.  
Verè aliudq; aliudq;, sed haud tamen alter & alter:  
Vir Deus, haud diuus vir, λόγῃ facte caro es.  
Non, inquam, diuinus homo, sed vir Deus ipse es:  
Natura gemina diceris, esq; Gigas.  
Principia euertunt fidei, qui Christe Theandrum  
Te verbis fassi, re tamen esse negant.  
Attribuo personæ utriusque idiomata formæ:  
Formarum fugio tetrinus angue chaos.  
Crescit homo Christus, simul & perfectio summa est:  
Redde suum carni, redde suumq; DEO.  
Qui negat in Christo distinctas proprietates,  
Naturas ipsas destruit atq; negat.  
Hæc est illa FIDES, pro qua per vulnera mortem  
A nato pulcræ μάγιστρος orbe petunt.  
Vera fides hæc est: quamuis neget iste, vel ille;  
Qui negat hanc, Christi nomen is ipse negat.  
Pronube coniugij, Deus optime maxime, CHRISTE:  
Bis genite, hinc expers matris, & inde Patris.  
Qui, te velle coli cum voce & mente pudica,  
Testaris, spurcas respuis atque preces:

Dulcis sponse, piam subiens per vulnera mortem

Nos propter miseros, qui tua sponsa sumus:

Cum minimè spernas trepida suspiria Sponsa:

Da precor has etiam pondus habere preces.

Sicut es à prima nascentis origine mundi:

Sic famulis posthac mitis adesto tuis.

Sisq; focis nostris, & murus abeneus aris:

Fœdera nec casti desere casta tori.

Immanis vires ne differ frangere TURCI,

Incestat nomen qui CRUCIFIXE tuum.

Deijce Pontificem Satana, ne se inferat astris:

Et Latia puni furta nefanda LVPÆ.

Inprimis thalami presentis dirige nexum

Ad regni laudes, nominis atq; tui.

Sed bene habet, prompta tu suscipis aure querelas:

Nec sinis has etiam fruge carere preces.

AVGVSTE ELECTOR Sponse, AGNES HEDVVIGA Spon  
Viuite felices: vos tegat umbra DEI. (Sa,

Grata Deo auctori thalami sint fœdera vestri,

Qui sanxit casti fœdera casta tori.

Sint iucunda simul, sint voceq; req; secunda:

Tuq; addas thalamo pignora Christe nouo.

Redde AVGVSTO aquile renouatis viribus auctum

Robur, & imperij hoc lumen obire veta.

Impe-

*Imperij est oculus, tua spes Ecclesia: rebus  
Si quid in humanis creditur esse spei.  
Tu tamen, ò nostri spes agminis unica Jesu,  
Imperti lucem cordibus ipse Ducum.  
Protege Christe Duces, qui sacri oracula verbi  
Intemerata fouent, ac profitentur: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui sacri oracula verbi  
Intemerata colant, ac tueantur: Amen.*

A N N O:

DOMINVS AVXILIABITVR SPES  
RANTIBVS IN SE.



Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.  
Gignat & hic thalamus, qui facti oracula verbi  
Intercedat a foris, ac proficiat: Amen.

*Handwritten blue ink scribbles and markings.*

(X220 5753)

A N N O :

DOMINI MDCCLXXII  
RANITIVS IN SE.



*Handwritten blue ink mark, possibly 'nc'.*




ml  
P  
P  
G









23, 30 QH. 23 (30)

I, 272

Vc  
2915

ILLVSTRISSIMI  
ET GENEROSISSIMIS PPR. AC  
DDN. DOMINO AVGVSTO, DVCI SAXONIAE  
ELECTORI, sacri Romani Imperij Archimarschallo,  
Landgrauio Thuringiae, Marchioni Misniae,  
Burggrauio Magdeburgensi, &c.  
iterum Sponso:

ET DOMINAE AGNETI HED-  
VVIGAE, PRINCIPI ANHALDINAE, COMITI  
*Ascaniae, Dominae Seruestae ac Bernburgi, &c.*  
*Virginei & illibati pudoris Sponsae*  
*inchyta,*

PRINCIPIBUS ATQVE DOMINIS  
suis clementissimis: NVPTIAS celebrantibus  
*Dessauiae*, III. Nonas Ianuarij, Anno  
M, D, LXXXVI.

PIA ANIMI SVBIECTIONE GRATVLATVR  
VVOLFGANGVS AMLINGVS, MV-  
nerstadius Francus, Ecclesiae Seruestanae minister.



SERVESTAE,  
*Excudebat Bonaventura Faber. 1586.*

